



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 13. Humilitatis immunitas, securitas, quies. Figuræ. Symbola.
Testimonia ex Veteri. Novo. Patribus, & aliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

§. XII.

Humilitas trahit, rapit corda; persuadet.

Vir *luctabatur cum eo.* Gen. 32. 24. Rediens Jacob è Mesopotamia angelum sibi obstitentem invenit; cum quo luctatus femoris nervum tetigit; qui mox emarcuit, & Jacob claudus perstitit. S. Chrysof. hom. 85. in Gen. totum hoc factum est, ut se totum humilitati ejus attemperaret, & formidinem ex anima justitiam eximeret; & persuaderet ei, ut citra angorem fratri occurreret. q. d. modica Angelus Jacobo ostendit, quò iratum fratrem emolliret: timebat enim, nè memor adhuc esset Esau illatae injuriae: contractò nervo id facile consecutus est: necesse est enim, ut claudus obvio se reverenter dimittat. Pinna in Eccles. 6. Ethol. 72.

Adoravit pronus in terram septies - stringensq; collum eum, & osculans, stetit. Gen. 33. 3. 4. Placantur alieni animi submissione humili. Abulen. generosi cordis est, parere humilibus, eosque diligere. Velloso in Judith. 3. Corda lapidea humilitas emollit. Servum se fratris Jacob prædiat: *parvuli sunt, quos donavit mihi Deus servo tuo v. 5.* Alva- rez Illustr. 15.

Exterriti dixerunt. Gen. 43. 18. Inde humiles incurvant genua, ad promerendam ejus misericordiam, ait Abulen.

Obsecro Domine mi Num. 12. 11. Humiliavit se Aaron, quantum potuit, ut facilius impetraret. Abulen.

Domine mirex. I. Reg. 24. 9. Pater mi. v. 12. inclinans se David pronus in terram adoravit. v. 9. volebat obsequiis vincere Saulis improbitatem. Abulen. q. 17.

Sedens in cathedra sapientissimus &c. 2. Reg. 23. 8. Tanquam vermiculus suâ molli ténertudine ligni duritiâ domans, alios devinciens, & ad se alliciens; non altâ arrogantia, sed humili modestiâ, & lenitate. Sylveira in Apoc. 1.


Curvavit genua. 4. Reg. 1. 13. Principes militum coram Elia igne pereunt v. 10. solus ille immunis, qui *curvavit genua.* Humilitatis meritò servatus est. Drogo de Pass.

Procidens autem servus ille orabat. Matth. 18. 26. & mox obsequiò humili veniam impetravit. v. 27. *misertus autem Dominus servus illius, dimisit eum.* v. 27. Rex, scilicet quia nobilis erat, citò misertus est. Abulen. q. 132.

Ego Joannes frater vester. Apoc. 1. 9. Notandum, quòd, cum posset dicere magister, propter prælationem; dixit *frater*, propter humilitatem. Tacuit ergo Magister; nè videretur per prælationem terrere. Dixit *frater*; ut per humilitatem facilius suadere posset.

Richard. à S. Vict. in Apoc. l. 1.

cap. 4.



§. XIII.

Humilitatis immunitas, securitas, quies.

Figurae, & Symbola.

Est civitas hac juxta, ad quam possum fugere, parva; & salvabor in ea: nunquid non modica est, & vivet animis meis. Gen. 19. 20. Timetata Loth, parva securitati eligit. Naxera in Jos. 1. §. 54. Sæpe fastidium infelicitatis mater. In parvo salus. Sanct. Chrysofomus hom. 6. de humil: unum minimum de Sodomiticis urbibus oppidum, ad salutis refugium, sibi donari poscit à Domino.

Sedens in sterquilinio. Job. 2. 8. Mirandum est; Jobò in sterquilinio sedente, omnia diaboli machinamenta esse disturbata. Quia in fimo sedens non habet unde cadat. Et habet, unde consurgat per eum, qui fuscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. de Arcones in ll. 3. Disc. 2.

Mulier amicta sole - fugit in solitudine. Apoc. 12. 1. 6. Cur cælum deferens ad solitudinem fugit? In solitudine nil habet excelsum; non sole micat; ibi tutior. Naxera in Jos. 1. §. 54.

Tumefactus aer de latitudine corporali, & claritate substantiali, & sublimitate locali; spernendo terram, eidem locutus est dicens: Ut quid tu punctum opacum semper deorsum manes? cur non interdum erigeris? quare non dilataris? Respondit: fateor, sum punctum; sed hac modicitate punctuali in sempiternum quiesco; cum tuâ tu semper magnitudine fluctues. Preciosissimis gemmis sum ornata; rivis, herbis, pratis, hominibus, exornata. Nulli unquam molesta; nisi eum, à te mea viscera subintrante, terræ motu concutior. Tu verò densis nubibus fulmina emittis, grandines. Nimirum emissiones tuæ superbiae gravissimæ sunt tempestates, S. Cyrillus ex Apolog. l. 2. c. 1.

Sicut piciculi evadunt fagenam, sic humiles rete, id est, tentationes diabolicas. Sanct. Bonaventura dicit, sal. cap. 36. de humilit.

Rete pisces claudens. Lem: *Minores evadunt.* Picinelli.

Fulmen. Lem: *Ferunt summos.* Vel: *Humiliora minus.* Seneca Hypp. Act. 3. minus in parvis fortuna fecit. Picinelli.

Testimonia

Ex Veteri, Novo, & Patribus, & aliis.

David vidit Angelum Domini stantem, & evaginatum gladium in manu ejus. 1. Paral. 21. 16. Quid remedij contra hunc gladium? *ceciderunt eam ipsi, quam majores natu vestiti cilicis proni in terram.* En humilitas! & quid inde factum? v. 27.

& con-

Et convertit gladium suum in vaginam.

Missus est Angelus Gabriel in civitatem Galilae, cui nomen Nazareth. Luc. 1. 26. Cur Nazareth eligitur ad verbi incarnationem? Respond. ex Beda l. de loc. Sanctis: Nazareth muros non habet. Hugo Card. in Nazareth, civitate parva, concipitur, & nutritur: in Jerusalem, civitate sublimi, patitur, & crucifigitur. Quid hoc? nisi quia Iesus in humilitate custoditur; in sublimitate periclitatur. Maria in Nazareth concepit Jesum, in Jerusalem amisit Jesum.

Qui seipsum humiliat, nunquam poterit iram commoveri, & proximo succensere: quia anima ejus in sui consideratione occupata est, & humiliata. Anima autem, quae sic se habet; quid esse possit beatus? Quicumque talis est, is in portu continuo sedet ab omni tempestate liber; & oblectatur in cogitationum tranquillitate. Et ideo Christus dicebat: *Et invenietis requiem animabus vestris.* Math. 11. 29. Sanct. Chrysostom. t. 1. hom. 9. in Gen.

Imitatores Christi lineas tenent humilitatis; & sola est, quae charitatem acquirit, pacem invenit. Humilitas non habet, unde cadat. S. Chrysost. de Verb. David: quis sum ego 2. Reg. 1. 18.

Sequere DEUM per tutissimam viam humilitatis. Sanct. Bernardus hom. 1. sup. Miss.

Humilitatem diligit, & nunquam diaboli laqueis capieris: velocissimis enim alis humilitatis semper sublevatus sublimior eris, quam ut inimici reibus capi possis. S. Ephrem de recta viv. rat. c. 8.

Cum B. Antonius tot laqueos demonis orbi cuncto intentos cerneret; Suspirans Dominum rogavit: quis evasurus eos possimum esset? cui responsum est: humilitas sola evadet hos laqueos. S. Dorotheus Abb. Doctrina 2.

Mens superbiae expers, est tanquam urbs munita; in qua tutus est, qui inhabitat. S. Nilus or. 8. de superbia. Consilium inierunt arbores, quod se ab injurijs hominum expeditent. Cedrus quidem dignitate, & consilio, prior alijs sententiam dixit: favere homines in ligna securibus, quas ligneis manibus munirent, quod aptius feriant: itaque è re esse arborum, ut ligna denegarent hominibus. Multis in eandem rem discussis, surgit humilis rubus: nolite, inquit, arbores in tantam altitudinem crescere; eritis mihi credite, ab hominibus tutiores. Idem ibidem.

Non est pax, non est quies, nisi in humilitate. Quid enim Mundum inquietat, nisi ambitio, & superbia? Sanct. Thom. Vill.

Humilitas tam gracilis est, tam extenuata, & tam nihil habens, quod teneri valeat;

ut frustra jaciatur rete, vel laqueus, pro comprehensione ejus. Sic secundum Poeticam fabulam, Antheus ab Hercule nunquam victus est, dum terram haesit; sed per inane levatus continuo strangulatus interiit. Joan. Gerfon Lect. 2. in Marc.

Vix fieri posse puto; ut, si anima in humilitate, & simplicitate, ambulet; à demone decipiatur. Ex luminib. Sanct. Theres. cap. 28.

Humilitas sanat caducum morbum. Sanctus Albertus M. f. de Convers. Sanct. Pauli.

Humilis nunquam labitur: unde enim labi liceret ei, qui sub omnibus est. Sanct. Marcarius hom. 19.

§. XIV.

Humilitas non patitur in honore, & aestimatione.

Afferam paucillum aquae, & lavate pedes vestros. Gen. 18. 4. Ipse pedes lavit, ipse pinguem vitulum portavit humeris de armento. Sanct. Hieronymus ep. 26. Nihil tamen ejus existimatio inde imminuta. Auctoritatis jaesuram ex humilitate nemo facit. Didacus Nissen. lib. 7. cap. 3.

Et incurvati adoraverunt eum. Gen. 43. 28. Humiliter, & affabiliter, ijs locutus fuit Joseph; ideo eum sic honorant. Alvarez. hic Illustr. 218.

Et filius altissimi vocabitur. Luc. 1. 32. quia apparuit homo. Theophylactus. Humilitas, & humanitas, nihil derogat auctoritati, sed eam potius auget. Alvarez hic in Gen. 43. Illustr. 222.

Et vidimus gloriam ejus. Joan. 1. 14. Quamvis Verbum caro factum sit; nec tamen infirmitate carnis superactum est; nec de prisca majestate, ac omni potentia decidit, quoniam homo factus est. Sanct. Cyrill. l. 1. c. 57.

Sciens, quia omnia dedit ei Pater &c. Joann. 13. 13. 4. 5. Sed cur illud praambulò usus Joannes, ut prius diceret, scivisse Christum, omnia sibi tradita in manus à Patre? Theophylactus: cum sciret, quod omnia tradidit ei Pater; & quod à Deo exisset, & ad DEUM iret; non timebat minui gloriam suam, lavans pedes discipulorum suorum. Quare post lotionem dixit: *vos vocatis me Magister, & Domine; & bene dicis: sum enim.* v. 13. Didacus Niss. l. 7. c. 3.

Virtutes non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli; ita ut etiam super languidos deferrentur à Corpore ejus sudaria, & semicinctia &c. Act. 19. 12. Cur voluit Deus, ut illud semicinctium, sudarium